



The Holy See

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM CONSTITUTIO APOSTOLICA *EMDEBERENSIS* * IN AETHIOPIA NOVA EPARCHIA CONSTITUITUR NOMINE EMDEBERENSIS. Ad universae incrementum Ecclesiae fovendum necnon singulariter iugem omnium Aethiopum

Christifidelium spiritalem profectum, Nobis, beati Petri successoribus de Dominico grege sollicitis, de consilio Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus, visum est per amplam archieparchiam metropolitanam Nanthopolitanam dividere ut ex eadem nova constituatur eparchia. Summa igitur Apostolica Nostra potestate sequentia decernimus. Quodam detracto territorio a memorata archieparchia, novam constituimus eparchiam *Emdeberensem*, cuius sedem in urbe «Emdeber» poni iubemus, cunctis factis propriis iuribus atque obligationibus. Ut eadem eparchia archieparchiae metropolitanae Nanthopolitanae suffraganea subdatur statuimus necnon regionem complectatur quae e territorio Gurageano, vulgo *Gurage Zone* dicto sitoque in Regione Nationum Meridionalium Internationalitatum, atque Vollisoano vulgo *Wolliso Zone* dicto sitoque in regione Ornomiana, vulgo *Ornomia Region* dicta, constat. Haec omnia reliquaque secundum normas Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium temperentur. Insuper de eodem absoluto negotio sueta documenta exarentur et ad dictam Congregationem mittantur. Quae decrevimus denique nunc et in posterum rata esse volumus, contrariis quibuscumque rebus nihil obstantibus. *Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vicesimo quinto mensis Novembris, anno bismillesimo tertio, Pontificatus Nostri sexto ac vicesimo.*

ANGELUS card. SODANO <i>Secretarius Status</i>	IGNATIUS MOUSSA card. DAUD <i>Congr. pro Eccl. Orientalibus, Praef.</i>
---	--

Laurentius Civili, *Protonot. Apost.*

Brennus Chestle, *Protonot.*

Apost.

*A.A.S., vol. XCVI (2004), n. 5, pp. 251-252 © Copyright 2003 - Libreria Editrice Vaticana